

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 32. Concilium Londinense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

86 A.
nsi E.
a han-
tame-
glectus
clufo-
absol-
lerent
Suge-
nctum
es Al-
dina-
Blanca
t. Sed
in Fran-
tis pri-
onorio
s Pul-
Princi-
Tum
um in
jus fu-
ni co-
ei per
a cum
eretur.
egis a
ras ad
XXXII.

§. XXXII.

Sæcul. XIII.
A.C. 1285.

Concilium Londinense.

Tria hoc anno concilia provincialia habebantur. Primum Joannes Pecamus Archiepiscopus Cantuariensis Londoni ultimo Aprilis egit, aderantque Oli-^{to. II. p. 1261.}
verius Lincolniæ, Godesfridus Vigornæ,
ac Richardus Herifordiae Episcopi, Cantuariensis Judex in foro sacro, Cancelarius Universitatis Oxoniensis, multique Doctores alii. Hoc in conventu Archiepiscopus de hæresi condemnavit octo propositiones, quas in provincia sua de novo defensas esse audierat. I. Corpus Christi mortuum non habebat eandem formam substanciali, quam habuerat vivum. II. Sed forma nova in illud introducta fuit; ideoque nova natura, sine nova coniunctione cum Verbo. III. Intra triduum Christi mortui, si sacrum fuisset factum, panis in hanc formam non valeret, sive naturam corporis mortui mutatus esset. IV. A Christi reditu ad vitam per verba ad Sacramentum pertinentia panis in corpus Christi vivum convertitur, ita, ut materia panis mutetur in materiam corporis, & forma panis sit forma corporis, quæ est anima rationalis. V. Corpus Christi vivum & mortuum erat idem ex his duntaxat capit*XXXII.*

Sæcul. XIII.
A.C. 1286.

capitibus, quod eandem materiam, easdem dimensiones haberet, eandem animam rationalem respiceret, in eadem hypostasi Verbi existeret. VI. Corpus hominis cuiuscunque mortuum eti nondum penitus corruptum, non est idem amplius, quod erat, cum viveret, nisi quodammodo, nempe secundum communem materiam & quantitatem: sed proprie jam non est idem corpus. VII. His in quæstionibus non Summi Pontificis, non S. Gregorii, nec S. Augustini, vel Doctoris cuiuscunque, sed sacri Codicis solius authoritati, & rationi demonstrativæ cedere tenemur. VIII. Principium omnium harum consecutionum est illud, quod in homine non detur nisi unica forma substantialis, quæ est anima rationis particeps. Hoc tamen principium est S. Thomæ aperte affirmantis animam rationalem esse formam substantialiem hominis, nec aliam in eodari posse.

I. par. q. 76.
art. 1.
art. 4.

§. XXXIII.

Ravennense concilium.

Bonifacius Lavaniensis ex Ordine Prædicatorum Ravennæ Archiepiscopus anno regiminis sui undecimo, seculi hujus octogesimo sexto, octava Julii concilium provinciale habuit, cui intererant septem